

657

P A T R I S T I C I

658.

sem Magnum illum putet, qui potius *Raphaneensis* in *Syria* Episcopus fuit *Joanni συγχεσος*. An Versio nostra ad aliquem e tribus antiquioribus ejus Interpretibus, puta *Anianum*, aut *Mucianum Scholasticum* aut *Burgundionem* Judicem *Pisanum* pertineat, nescio; ita de ea silent *Germ. Brixius* recentior, et *Bern. Montefalconius* recentissimus Operis nostri μεταφρασης. Eam certe in edit. *Veneta Opp. Chrysostomi 1503. fol. 49. f.* accurate expressam invenio, et *Codex* noster ad calcem habet: *Explicit feliciter liber VI et ultimus Sancti iohannis chrysostomi de dignitate sacerdotali per modum dialogi cum sancto Basilio 1465.* Ita primo faltem *Sec. XV.* dimidio paratam fuisse oportet.

Quis dabit aquam capiti
 Quis succurret pauperi
 Quis dabit fontes oculis
 Lacrimosos populis
 Sufficiantque lacrimae
 Mala mundi plangere.
 Ad triumphum ecclesie
 Cepit otto crescere
 Sumisit otto imperium
 Ut floreret seculum.
 Vivo ottone tercio
 Salus fuit seculo.
 Postquam terre malicia
 Ascendit ad sidera
 In celum raptus abiit
 Regem celi adiit
 Unia habet palacia
 In eterna patria.

CCXII. VII 9. 17.

Codex membraneus lat. *Sec. 565* faltem *X.* Foll. nunc *78. 4.* commode perscriptus sequentia complectitur: *I. Incipit de Reparatione Lapsi.* Initium: *Quis dabit capiti meo aquam. et oculis meis fontem lacrimarum; Oportunius multo nunc a me. quam tunc a propheta dei dicetur &c. Johannis Chrysf.* est ad *Theodorum*, ut *Cod. XC.* quem confer. In edit. *Montefalc. T. I. Paris. 1718. p. 1. f.* Ceterum hic correctius Exemplum, quam *Cod. cit. A fol. 48.* initio *Sec. XI.* Manus quaedam membranae parca marginibus inscripsit *Lessum* rhythmicum in *Ottone III.* defunctum anno *1002.* cujus quaedam nondum extrita huc transferre visum. Init vero:

Regnorum robur periit
 Quando otto cecidit
 Dum otto noster moritur
 Mors in mundo oritur
 Mutavit celum faciem
 Et terra imaginem.
 Plangat mundus plangat roma
 Lugeat ecclesia.
 Sit nullum rome canticum
 Vlulet palacium.
 Sub cesaris absencia
 Sunt turbata secula.
 Plangat ignitus oriens
 Crudus ploret occidens.
 Sit aquilo in cinere
 Planctus in meridie.
 Sit mundus in tristitia
 Nostra luge cythara.

Atque hinc ad Successorem *Otonis Henricum S.* feu *Claudum* celebrandum transitur:

*Vorassent lupi populum
Finis esset omnium.
Ipsi celi compluerent.
Elementa ruerent.
Nisi Henricus uiueret
Nisi princeps fieret.
Contra domini consilium
Nec magnum nec minimum.
In tribus pene mensibus
Omnis cessit gemitus
Henricum sine sanguine
Prefecit motharie.
Triumphat baioaria
Fortis seruit franconia
Collum cassa fallacia
Fleat allemania*

Quod dicitur, *Otonem terrae malitia* ad fidera ascendisse, innuit, Nostrum iis adstipulatum, qui veneno sublatum voluere. Quid sibi velit *Motharia* in *Henrico*, nescio, nisi aut *Monarchiam* scribere debebat Librarius syllaba tertia corrupta, aut e voce *Mota* seu *Motha*, quod aevo illo *Curiam*, item *Castrum* in edito praecipue feudale signabat, nomen collectivum sibi finxerit Autor.

II. fol. 63. *De Conlatione Tertiae Theone Abbatis Capitulo XXI.* Excerptum, quod extat in *Cassiani Collat.* XXIII. c. 21. edit. *Atrebat.* 1628. p. 852. f. hoc initio: *Nec tamen ex eo debemus nos a Dominica communionem suspendere, quia nos agnoscimus peccatores &c.*

III. fol. 64. *De Eucharistia.* Brevia sententia *Cypriani*, *Ambro-*

*Dat manus Iotharingia
Fida est thurinniga.
Pugnax currit saxonia
Ad subiectum obuia
Recep — — solitum
Sclavis in opprobrium.
Vt sub tributo seruiat
Sicut quondam fecerat.
Currunt isti currunt illi
Fit concursus — —
Nunc heinricus gaudeat
Nunc felix ualeat — —
Et plura aevo vel industria de-
leta.*

sii, *Hilarii* et *Hieronymi* ejusdem cum praecedente Excerpto argumenti.

IV. fol. eod. p. 2. *Exortatoria Optima Johannis (Chryf.) Constantinopolitani Episcopi Ad Paenitentiam Quam Fecit Super Salsum Quinquagesimum Excarsatum De Recuperatione Lapsi.* Tò *Excarsatum* ab *Excarpsum* omisso p. et istud ab *Excerpto* seu *Carpocarpis*. Initium Laciniae: *O grandis misericordia dei cum omnis mundus conclusus in peccatis esset &c.* Voci *universitatis* et *trine negationis Petri* impositae sunt glossae theotiscaae *dero allibi* et *dira hero Iounogo*. Ceterum Lacinia haec in *Chrysofostomi Operibus* haud indiligenter quaesita operam lufit, id, quod etiam de sequente intelligendum.

V. fol. 66. p. 2. *Excarsum De Libro Beati Iohannis Constantinopolitani Episcopi Quem Scripsit de Reparatione Lapsi.* Initium: *Quia ualde magnum bonum est fratres nostri karissimi non solum sua propria sed et aliorum — deslere peccata.*

VI. fol. 68. p. 2. *De Reparatione Lapsi Gregorius Secundo Seruo Dei Incluso.* Initium: *Dilectissimo filio — dilectionis tuae litteras suscepi. que in meo sensu amoris melle condita sapuerunt &c.* Excerptum ex *Epistola L. IX. 52.* edit. *Opp. T. II. Paris. 1705. col. 964. f.*

VII. fol. 71. *Item Isidorus De Reparatione Lapsi.* Excerptum *Epistolae scriptae Massano, Masseno, Masoni, nobis Mansumi Episcopo, quae in Edit. Opp. Paris. 1601. p. 352. habetur, et Codici nostro conferri meretur. Ita post verba: fraternitas tua nobis innotuit, Noster ita continuat: Nulla est in huius modi sententiis decretorum diuersitas intelligenda. quod alibi legitur. in lapsu corporali &c.* Ita Edita mox: *satisfactio vel — confessio. Noster: et confessio. Edita: ut portet ignominiam — reuocari secundum Prophetam &c.* Noster interferit: *id est debonationem nominis suae dignitatis. Ergo dum quisque post opera confessionis (confusionis?) suae confunditur. atque ignominiam depositionis suae lugens cum humilitate portauerit reuocari &c.* Edita: *qui confessus fuerit, Noster: qui conuersus. Et alia minutiora. In verbis: siue*

pristinæ dignitatis recipiet meritum, abrumpitur Excerptum.

VIII. fol. 74. *De Libro Sancti Iohannis Constantinopolitani In Euangelio Mathei. Ne Nimis Crudelis Sit Sacerdos In Iudicio Aliorum.* Initium: *Alligant autem onera grauia et inportabilia &c.* Sumtum ex *Homilia XLIII. Operis imperf. in Matth. edit. Montefalc. T. VI. p. CLXXXIII.* Ex eodem Opere adhaerent etiam alia fragmenta. Postremum est quaedam pro *Virginibus ad Deum Deprecatio, alia manu et quidem antiquiore exaratum.*

CCXIII. VII. H. 39.

Codex membraneus lat. Sec. 7¹⁷ XV. Folior. 212. 4. per duas columnas exaratus, rubricisque distinctus complectitur: I. *Commentaria in Euangelium Matthaei* falso a quibusdam olim *Iohanni Chrysof.* inscripta, et T. VI. *Opp.* mox dicti Patris edit. *Maur.* addita. In *Cod.* praesenti absque ulla inscriptione ineunt: *Sicut referunt Matheum conscribere euangelium &c.* Divisio hic in *Homilias* nulla. Sola *Evangelistae Capita* indicantur. Post verba in *Caput VIII. quia nec apostoli tantam fidem habuerunt, monet Rubrica: Explicit prima pars ubi notandum. quod hec prima pars huius voluminis non est integra. Deficit enim ab hoc loco scilicet. Non inueni tantam fidem in israhel usque illud scilicet a capitulo VIII usque ad XIX.* Sic et pater meus. *Incipit secunda pars scilicet a de-*